noxium in humanis disciplinis si
ue scientijs corrigat et odempnat.
Unde de ipsa sacra scriptura dicit
Augustinus secundo libro de doct
rina christiana. quod quicquid homo di
dicat si noxium est ibi dampnat.
si utile ibi invenitur. Item sacre
scriptura assimilatur auellane. Pri
mo ratione communitatis. quia sic
dicit **ysid.** ex eo quod in publico loco
quasi in silva oritur et ab omnibus
euellitur. ideo auellana vocatur.
Similiter sacra scriptura ita pub
lice et communiter docetur ut ab om
nibus participari et haberi possit.
Unde precipuus eius actor et doe
tor christus discipulis suis precepit
Predicare euangelium omni crea
ture **Matth. xvi.** Secundo rati
one difficultatis et etiam utilitatis.
Quia auellane sunt quidem ad di
gerendum dure. sed si sunt bene
digeste multum sunt nutritive. Si
militer sententie mystice sacre scrip
ture licet sint ad digerendum du
re. .i. difficiles. tamen bene intelled
te vel exposte sunt spiritus mira
biliter nutritive. propter quod dixit
dominus **Matth. xij.** ut supra allegatum
est. quod non in solo pane vivit homo
et cetera. Tercio ratione observabili
tatis. quia auellane si cum exteriori

pellicula fuerint manducate sūt no-
cuiue. q̄ multe inflationis sunt ge-
neratiue. & ideo sūt a pellicula spo-
liande. Sic quedam sunt in sacra
scriptura que si secundum exterior-
em pelliculā. scdm litterā fuerit
obseruata. non p̄desent obseruāti-
bus. sed plurimum nocent. sicut
cerimonialia et figuralia veteris le-
gis. que nō licet ad litteram obser-
uare. quia iam eorum veritas quā
figurabant impleta est per cristuz
Vnde et Apost. dicit. Obseruanda
sunt nō littera sed spiritu. quia lit-
tera occidit. spiritus autem viuifi-
cat. et ideo de trahenda et abiciēda
est ab hmōi exterior pellicula. id ē
sensus littere exterior. et accipien-
dus est sensus mystic9 interior.

Capitulū. lxxij.

Societas sanctorum virorū
multuz quandoq; prodest
homin peccatori. Cuius ex-
emplū apparet in oleastro. qui est
siluestris olea sic dicta. eo q̄ ole-
e sit simillima. licz eius folia magis
lata. et est arbor inculta. sterilis. &
amara. Sed si ramus eius oliue in-
sertus fuerit vim mutat radicis. &
in ppriam suam conuertit qualita-
tē. Quasi autem oleaster hō pecca-
tor est qui licet in natura siue in y-
pocritis figura sit similis viro iusto.
nō tamen in vita vel anima. quia
est incultus per vetā penitentiam.
et sterilis ad opera meritoria. et
amarus in conscientia. Si tamē in-
seratur oliue. i. si sancto viro socie-
tur. mutabitur vis radice. i. affe-
tus cordis. et conuertetur v̄bis &
exemplis illius et trahetur ad vitā
consumilem. **Apo9. Ro. xi. Tu autē**
cum oleaster esses infertus es in il-
lis & ē Seneca i epistola Nulla res
magis animos induit honestos. et

i prauum inclinabilem reuocat ad i-
ctum. q̄ bonorum virorum conuer-
satio Paulatim em̄ descendit & v̄i
preceptorum obtinet frequenter
aspici frequenter audiri

Capitulū. lxxv.

Spiritualis homo nō debet
vacare ocio. sed vno bono
ope completo. debet ad a-
liud se parare. Cuius exēplū appa-
ret in ficu et precipue egipciaca.
Est enim ficus illa arbor que p̄ sin-
gulos annos fructū facit. et vno
maturescente. statim oritur alter.
Vnde ficus est dicta a fecunditate
Sic quedam sunt opera que hō ex
necessitate precepti per singulos ā-
nos facere tenetur. quedam q̄dāz
saltem semel oī anno. sicut confite-
ri in q̄dragesima. & communicare in
pascha. Hoc enim est p̄ceptum ec-
clesie. & si pluries hoc fecerit aliq̄s
melius faceret. q̄uis ex precepto
non teneatur. Quedāz vero tene-
tur quis facere pluries in anno. sicut
ieiunare. & seruare ieiunia ab eccle-
sia instituta q̄ in āno pluries occu-
runt. sicut q̄dragesima. et quorūdā
sanctoruz siue festiuitatū vigilię.
et ieiunia quatuor t̄pm que quat-
in anno occurrunt. Quedā alia sūt
que homo debet facere cotidie. vt
elemosine et orationes et h̄modi
Et in talib9 vno bono opere facto
et completo. statim deberet homo
rogitare de alio faciēdo. quia in
via dei nō progredi. regredi est vt
dicit Bern. Apost. Col. i. Fructifi-
cantes et crescētes & ē.

Capitulū. lxxvi.

Actus lasciuie dissoluti &
cupiscentiam excitant et
inflāmant. **Vnde assimilā**
ē v̄tice que cui3 sit nature ignee &

Feruide est se tangentium vritua.
 Talis ergo est caro humana que
 semper secum portat ignem concupiscentie. Unde non sine periculo tangitur. propter quod ut refert Gregorius in libro dyal. Dixit quidam sanctus homo infirmus et quasi in extremis positus mulierem ipsum tangenti. Qulier tolle paleam. quia adhuc igniculus vivit. Et nota quod dicunt doctores quod licet tactus et oscula et amplexus et huiusmodi possint bono animo fieri et sine peccato. sed propter consuetudinem patrie. vel propter aliquam necessitatem aut rationabilem causam. tamen quando fiunt ex libidine. id est propter delectationem carnis sunt peccata mortalia. Quia non solum consensus in actu luxurie illicitum vel contra quod alterius peccati mortalis est mortale peccatum. sed etiam consensus in delectatione ipsius peccati mortalis est mortale peccatum. Ecclesi. xiiij. Qui tetigerit picem comam. quinabitur ab ea. Hec enim pix est caro mulieris inflammabilis et inflammans.

Capitulum lxxvij.

Timor dei assimilat femulo. Primo propter virtutem aptitudinem. quia femulus ut dicit Plato habet virtutem diureticam et aperitivam. Similiter timor dei aperit viam amori. Unde dicit Augustinus quod timor introducit amorem. sicut seta in corium calcificis introducit filum. Secundo quia habet virtutem incisivam sed ex subtilitate sibi sue et suis qualitatibus ut dicit Plone. Similiter timor dei incidit vinculum affectus amoris mundi. Nam sicut dicit Johannes Cassianus in libro de institutis monachorum. De timore dei nascitur punctio saluta-

ris. et de punctione cordis abrenunciatio. id est nuditas et contemptus omnium facultatum. Tercio propter virtutem renouativam. quia femuli gustu ut fertur serpentes omnem senectutem deponunt. Sic homo dei timore spiritus et us. senectutem non temporis sed peccati pro confessio non annuatim deponit. Quia saltem semel in anno ut super dictum fuit tenetur homo ex precepto ecclesie confiteri. Ecclesi. i. Timor domini expellit peccatum. Quarto propter virtutem illuminativam. quia etiam femuli gustu ipsi serpentes caligines oculorum detergunt ut Plinius dicit. Unde et hominum intellectus et caliginem oculorum dicitur ex eo maxime eliminari. et ideo ex eius succo fit collirium oculis valde aptum. Similiter timor domini oculos mentis purificat et caliginem superbie fugat. et lumine vere sapientie mentem illustrat. et ideo dicit Job xxviii. quod timor domini ipsa est sapientia et cetera. Quinto propter virtutem defensivam. Quia semen femuli cum vino potatum valet contra morbum serpentium. et contra ictus scorpionum. et radix eius cocta cum vino canis morbum sedat. Hec enim omnia operatur femulus ortensis. et adhuc fortius operatur femulus agrestis. Similiter timor dei. et precipue agrestis. id est fortis insistit moribus serpentium. id est temptacionibus dyabolicis. Item ictibus scorpionum id est moribus carnalium temptacionum. que ante delectant et retro etruant. sicut scorpio ante palando incedit sed retro cauda ferit. ut dicit Gregorius. Item moribus canis. id est temptacionibus mundi blandientis vel persequentis. Quia canis aliquibus cauda blanditur. aliquibus vero latrat et eos moribus ledere molitur. Vnde Gregorius.

dicit. q̄ i via dei timor fortitudines
gignit. scilicet contra carnem & dyabolum
voluptatem mundum.

Capitulum lxxviii.

Tribulatio assimilatur celi
domine. que est herba cui9
succo oculi primum ster
core lesi ad statum pristinum ruer
tuntur vt ysid. et Plim9 dicunt.
Similiter vt dicit Gregorius o
culos quos culpa claudit pena apit
Item tribulatio non nocet se hu
milianti. sed potius eum exaltat.
Cuius exemplum apparet in hui
egiptiaca. Cuius lignum in aqua
missum contra naturam aliarum
ficorum mox fundum petit. & post
q̄ fuerit aqua plenu9 unde magis
deberet esse ponderosum. tunc re
dit ad sumum. vt dicit Augustin9
Similiter homo positus in aqua
tribulationis. si fundum petierit. i. si p
fuerit se humiliauerit. restituetur
ad sumum gradum. et etiam in
dum talis exaltatur ad sumum.
Vnde de cristo dicitur Philipens.
ij. q̄ humiliauit seipsum factus o
bediens patri vsq; ad mortem. mor
tem autem crucis. ppter quod de
us exaltauit illum etc. **I**tem q̄
tribulationis flagellum aperiat o
culos cordis vt iaz est supradictu9
eo q̄ tollat cecitatem inductam p
peccatum. patet etiam per lactu
ce que a quibusdam ebreis dicitur
similitudinem et exemplum.
Quisimodi enim lactuce folia sunt
breuia et rotunda. cuius succum
accipitres herbam scalpendo exte
hant. & tangentes eo oculos cecita
tem discutiunt cum senescunt. **I**
Succus ergo lactuce talis est acet
bitas tribulationis. que scilicet ce

citatem accipitru. i. hominum pec
catorum & precipue tyranorum
fugat. Vnde tribulatio figurata e
in illo pisce Thob. vi. cuius fel id
est amaritudo valet ad inungendi
dos oculos Apoc. ij. Collitio id e
tribulationis asperitate inunge o
culos tuos vt videas. **I**tem ama
ritudo tribulationis causat dulcedi
nem consolationis. cuius exem
plum apparet in radice. quia qua
deq; amara radix dulcem fructu9
producit. sicut i vite & oliua natu
ra ostendit. in quibus et consimili
bus amaritudo radicalis humoris
digeritur. et dulcescit beneficio ae
ris et caloris celestis materiam pe
netrantis. Sic dolor cordis vel tri
bulationis beneficio aeris circum
stantis id est alicuius boni viri vel
angeli assistentis. et beneficio gra
tie celestis animam per ipsam tribu
lationem purgantis. vertit i mag
nam dulcedinem consolationis.
Ps. Secundum multitudinem do
lorum in corde meo. consolationes
tue letificauerunt animam meam
Item tribulatio assimilatur rap
no. que licet sit arbor multe amari
tudinis. et in radice. et in folijs. et
in ramis. multum tamen est medi
cinalis. Nam ex succo radicis medi
camentu fit oculos claros reddes.
semen etiam secundas ex utero
trahit. Sic tribulatio licet sit ama
ra. et in radice cordis ad consideran
dum. & i folijs. i. in verbis ad audi
endum. & i ramis id e in factis ad
tolerandum. tamen medicinalis e
contra peccata. & precipue q̄ o
culos cordis clarificat vt sup dictu e.
qd precipue radix rapni facit. i. con
sideratio cause ipsi9 tribulationis.
sciz q̄ aliquis consideret & reputet
se pati ppter peccata sua manifesta

vel seculta. Item deuotio mentis
secundum id est delectationes et concu-
piscencias voluptatibus educit. qui
a malitia vniuersi hore obliuionez fa-
cit luxurie ut dicit Eccl. xi.
Item tribulatio humiliter porta-
ta assimilatute rube. primo quia ru-
ta habet vim purgatiua. purgat
enim immunditiam matricis. et
inde fetum mortuum educit. Sic et
tribulatio dum hominem ad penitenti-
am humiliat immunditiam mentis pu-
rificat. et inde virtute prime mortale
peccatum euacuat. Unde Aug. super
Psalmistam dicit quod flagellum tri-
bulationis excitat torpentem. humi-
liat superbientem. purgat peitentem.
et coronat innocentem. Secundo
quia ruta habet virtutem illuina-
tiua. sicut quia ruta cruda comesta visu
acuit. Sic etiam tribulatio acuit visu
mentis. quod intellectus tribuit Psalm.
xxviii. Tamen modo ratio dicit
intellectum. Tercio quia ruta habet
vim mortificatiua. debent enim mu-
lieres grauidae ab esu rube abstinere.
quia fetum occidit in ventre. Quasi au-
tem fetus in ventre est peccatum conceptum
quod tribulatio vis peitentem extinguit
Eccl. iii. Ignem ardentem. immen-
tium peccandi extinguit aqua sicut
tribulatio. Quarto quia ru-
ta habet vim serpentum et bufonum
expulsiuam. unde debet plantari
in ortis. quia ab eis omne veneno-
sum depellit. et debet iuxta saluam
plantari. quia eam serpentes dili-
gunt et bufones. Per saluam ergo
calidam et humidam appetitibus
intellige sensitiuum. qui sensualitas
nominatur. Serpentes autem sunt
motus inordinati et passiones vir-
tutis irascibilis. bufones vero sunt
passiones concupiscibilis. et hec
omnia in salua fouentur. quod omnes

huiusmodi motus in sensualitate su-
triantur. Sed hec omnia exprimit
ruta. tribulatio humiliter portata
Nam bufones id est concupiscibilis
passiones. puta gaudium delectati-
onem et huiusmodi extinguit vis tri-
bulationis. Sed serpentes. id est motus
irascibilis. puta odium iram et huius-
modi reprimit vis patientie et hu-
militatis Matth. xvi. Serpentes
tollent.

Capitulum. lxxix.

Verbum dei assimilatute sei-
mi. secundum illud Luce. viii.
Semen est verbum dei.
Primo propter virtutem attracti-
uam. quia sicut semen attrahit ad
se humorem terre. ita verbum dei
attrahit affectionem anime. Et sic
attrahatur dauid dicens. Quae
dulcia faucibus meis eloquia tua.
Et Petrus dicens. Iohan. vi. Donec
ad quem ibimus. verba vite eterne
habes. Secundo propter virtutem
mundificatiuam. Propter semen
enim terra mundatur. et ipsum e-
tiam terram mundat trahendo ad
se humores qui alias in malas her-
bas conuerteretur. Similiter etiam
verbum dei mundat et purgat animam He-
b. i. Verbo virtutis sue purgatione
faciens Io. xv. Vos iam mundi estis
propter sermonem et cetera. Tercio propter vir-
tutem assimilatuiam. quia non ex quolibet
semine quolibet generatur. sed ex
simili semine ut dicitur in libro Philis-
torum. sicut ex tritico triticum. et ex
ordeo ordeum et sic de alijs. Vnde quia
verbum dei semen dei est. idcirco facit homines
similes deo Io. x. Illos dixit deos
ad quos sermo dei factus est. Quarto
propter virtutem germinatiua Psalm. lxi.
Sicut ortus semine suum germinat. Sic
gnatio et natiuitas spiritualis habet
heredes verbum dei. Vnde. Pet. i. Renati

non ex semine corruptibilis in cor-
ruptibili per verbum dei. ¶ **Quin-**
to propter virtutem p̄motiuam.
quia illud qđ ex semine gignitur
paulatim ex virtute que ē in semi-
ne sepe pericitur et augetur. **Ma-**
the. xiiij. Germinat semē et iēscat
Vitro em̄ terra fructificat. primū
herbā deinde spicā deinde plenum
fructū in spica. Semen est v̄bum
dei. fructificat herbā in incipientib9.
spicam in p̄ficiētib9. plenū fru-
ctū in p̄fectis siue perseuerantibus.
¶ **Sexto** ppter virtutem multipli-
catiuam. qđ ex vno grano seminis
multa generatur. **Apo. ij. Cor. ix.**
Multiplicabit semē vestru Et si mi-
liter verbū dei secundū illud. **Ma-**
xij. Audiant verba et suscipiūt
et fructificant. vnum xxx. aliud
lx. et vnum ceterū.

Capitulum. lxxx.

Virginitas assimilatur ce-
dro. ¶ **Primo** qđ cedrus ē
arbor gratissimi v̄oris. ē
enim aspectu pulchra. semp tenēs
viridia folia. Est autē continētia
carnis quasi quidā viroz arboris
Creatus autem est deo viroz conti-
nētie coniugalis. gratior autem
continētie vidualis. sed gratiosil-
limus est ei viroz cōtinētie virgi-
nalis. **Eccl. xl.** Gratia species de-
siderabit oculus. et super hec viri-
des sationes. Desiderabile est ocul-
dei videre gratiam continētie cōiu-
galis. et speciem pudicitie vidualis.
Et sup hec virides sationes. i. sacra-
tissimas virgines. ¶ **Secundo** ra-
tione iocundissimi odoris. Odoz
enim cedri serpentes fugat et homi-
nes recreat. Odoz aurem virgini-
tatis demones fugat et angelos de-
lectat. quia virginitas cognata ē

angelis p̄t. **Ihero.** dicit. ¶ **Ter-**
cio ratione efficacissimi vigoris.
quia tantū vigoris ē cedro. vt nūq̄
a tineā vel aliquo alio v̄me corro-
datur. Vnde et huius arboris gū-
ma que dicitur cedria est ad libro-
rum cōseruationem fūme necessa-
ria. qđ libri ex ea limā. nec a tine-
is roduntur. nec tempore senescūt.
Corpora etiam mortua in ligno ce-
dro reposita. et eius lacrima per-
uncta ab omni putredine preser-
uantur. Quasi autē tineā in p̄ano.
vel vermis in ligno ē cōcupiscētia
in carne. a cuius corrosione. id est
corruptione virginitas perpetuo
se preseruat. Vnde **August.** dicit
qđ virginitas est in carne corrupti-
bili perpetua incorruptionis medi-
tatio. Nec perditur semio virgini-
tas in corpore sicut vires corpis p-
duntur. **Corpora** autem mortifica-
ta per abstinentiam melius in ce-
dro. i. in virginitate incorrupta ser-
uātur. ¶ **Quarto** ratione suaussi-
mi saporis. habet enim cedrus i su-
o fructu triplicem saporē. Nam
in medio circa grana eius pomū
est acetosum. in superficie vero cir-
ca corticem est dulce. in medio ve-
ro medulle est temperatū. inter v-
trumq; saporē quasi medium te-
nens. Sic etiam sacre virgines de-
bent esse dulces et mites exteri-
us in conuersatione. sed interius ace-
tose. id est timide et sollicite de sua
actione. In medio autem. id est in
corpore debent esse quodam medi-
o temperate. vt neq; acetositate mi-
mie asperitatis infirmētur. neq;
dulcedine deliciositatis soluantur.
¶ **Item** virginitas assimilatur or-
deo. primo ratione ordis. qđ secundū
Plinū ordeum inter frumenta p̄-
mū seritur. et primum icolligitur

Sic inter semina virtutum hec q̄si
primū seminata fuit i humana na-
tura et carne sc̄z virginitas. Vnde
nec primus homo. nec prima muli-
er fuerunt producti per actum ge-
nerationis. aut per corruptioēz car-
nis. quia corpus ade fuit ex virgi-
nea terra sumptuz. et corpus eue
ex virginea costa productum. simi-
liter fuit primo recollectum. et i
horreo paradisi locatum. quia pri-
ma caro deo v̄nita fuit caro virgi-
nea sicut caro cristi. que et ipsa v̄-
go fuit et etiā de virgine sumpta.
et ipsa primo fuit beatificata et in
celo locata. Tenet etiam cōmuniē
q̄ tria virginea corpa sunt iam a-
nte messem generalem aliorum cor-
porum in horreo celi locata. sc̄z cri-
sti. et beate v̄ginis marie. et beati
iohannis euangeliste. De alijs au-
tem qui cum cristo r̄surrexisse legū-
tur tenet Aug⁹. q̄ iterum mortui
sūt. ita q̄ non sūt in celo nisi eorū
anime. q̄uis aliq̄ doctores cōtra-
rium dicant. ¶ Secundo ratione
femina. Ordeum enim nō vult se-
ri nisi in terra sicca et solida. quia
virginitas requirit soliditatez mē-
tis. et siccitatem carnis. sc̄z per ab-
stinentiam cibi et potus. quia sine
cerere et bacho friget venus vt di-
cit Terenti. in Eunuch. .i. sine ha-
būdātia cibi et pot⁹. Et ideo merito
significatur virginitas i ordeo. Qd̄
secundum Psidor. dicitur ordeum
quasi aridum. quod etiam est fri-
gidum et siccum. quia sc̄licet vir-
ginitas animam refrigerat ab ar-
dore concupiscentie. et desecat ab
humore gula. ¶ Tercio ratione ro-
loris. Nullum enim frumentum ē
magis a corruptione remotum q̄
ordeum. eo q̄ citius recolligatur et
prescat q̄ ipsum corruptio vel ru-

bigio inuadat. Hoc autem virgi-
nitati competit. ob cuius amorem
plurime elegisse leguntur vt poti-
us per martirium et violentiaz mor-
tem recolligerentur ad deum. q̄ in
honeste corruptionis rubiginē pa-
terentur. ¶ Quarto ratione corpo-
ris. quia totum corpus ordei habz
quandam excellentiam. Nam inē
omnia frumeta validiorem habet
paleā. humiliorem stipulā. et lau-
dabilem multum medullam. si de-
bito modo sit parata. et farinam
acceptissimam seu polētā vt Plī-
nius dicit. Que omnia competunt
virginitati. que est valida in pro-
posito. humilis in animo. laudabi-
lis in exemplo. et acceptissima i me-
rito. Vel valida in carne. humilis
in mente. laudabilis in certamine.
acceptissima in mercede. Vel vali-
da contra mundum. humilis con-
tra dyabolum. laudabilis quo ad
angelum. acceptissima quo ad cri-
stum. ¶ Item virginitas assimila-
tur rose. quia ipsa est flos de qua
dicitur Ecclesiastici vicefimo quat-
to. Quasi flos rosarum in diebus
vernis. Quod patet primo ratio-
ne decoris. quia sua pulchritudo
visum pascat. Sic virginitas in
oculis dei et angelorum maximam
pulchritudinem habet. Sapi. xl. O-
q̄ pulchra ē casta generatio cū cla-
ritate. ¶ Secūdo rōe odoris. qz suo
odoe olfcm afficit. Ipsa autē v̄gi-
nitas tota odorifera ē. cuius odore
impletur dom⁹ cōsuetie. Iohā. xij.
Domus impleta est ex odore. et ē
¶ Tercio ratione suauitatis. quia
rosa suauitatis molitie tactum le-
nit. Specialiter iohannes iter apo-
stolos tanq̄ virgo purissimus cri-
stum mereba ē tāgere. et ei itim⁹
et familiaris pre ceteris adherere

Vnde et in cena recubuit supra pectus eius. quia virgines quatuor specialiter unione christi ceteris in celo familiarius inherunt. et circa ipsum sunt sicut suavissime rose. Vnde de virginibus dicitur Apo. xxiij. quod sequitur agnum quocumque ierit. ¶ Quarto ratione virtutis. Nam sua virtute multis languoribus rose succurrunt. quia scilicet virginitatis honestas a multis tribulationibus liberat. quas coniugati patiuntur ut Apo. ostendit. i. Cor. vii. ¶ Item virgines assimilantur violis. que sunt frigide aquose. et odorifere. Sunt enim virgines frigide a concupiscentia carnis. aquose per lacrimas deuotionis. odorifere per exempla honestatis. Et nota quod viola suo odore cerebri calorem mitigat. spirituum animalem confortat. a sompno prouocat. Sic virginitas suo odore ardorem carnis refrigerat. spiritum confortat et recreat. et ad somnum id est quietem contemplationis disponit et preparat. ¶ Item virginitas assimilatur lilio. Can. ij. Sicut lilius inter spinas. sic amica mea inter thorns. Et hec similitudo primo congruit ratione decoris. Est enim flos mire pulchritudinis et decoris. quem habet ex candore siue rubore. Nam lilia communiter sunt alba sed quandoque rubea et purpurea. habet enim virginitas candorem id est puritatem carnis Eccl. xli. Pulchritudinem decoris eius amirabitur oculus. Sed aliquae virgines habuerunt ruborem passionis. scilicet suo sanguine rubricate. Psal. xliij. Quare rubrum est iudicium tuum. id est corpus. ¶ Secundo ratione odoris. Nam flos lili quando integer et intactus est multum permanet et suaviter re-

dolet. sed contractus et conficitus plurimum fetet. Similiter hominum eandem intacta et integra per virginitatem permanet. tam deo quam hominibus redolet. Eccl. xxiiij. Fructificauit suauitatem odoris. Sed dum per luxurie vicium conficitur vel frangitur virginitatis signaculum. tam spiritualis quam corporalis fetor egreditur. ¶ Tercio ratione fulgoris. quia in lilio quedam aurea grana fulgent que septem astutis sustentantur. Vnde ex septem folijs candidissimis simul continuis flos iste componitur. et septem grammis aureis decoratur. Hec septem folia candidissima inuicem continua sunt septem virtutes anime que fuerunt in sacris virginibus inuicem conexe. scilicet iusticia temperantia. fortitudo. prudentia. fides. spes. caritas. Sed ad huc cum istis septem virtutibus habuerunt septem grana aurea. id est septem sancti spiritus dona. scilicet sapientia. scientia. intellectus. consilium. fortitudo. pietas. et timor. Vnde et vere fuerunt virgines sacre ecclesie quasi lilia que sunt in transitu aqua ut dicitur Eccl. i.

Capitulum lxxi.

Virtutes assulant alleis. Primo quod aleu ut dicitur diabolus. habet virtutem donec venenosa repellat. Et hoc competit virtuti fidei que venenosa dogmata scilicet hereticorum repellit. in quibus est venenosum falsitatis et puritatis. Repellit etiam fides et vincit venenum mundi. id est cupiditatem vel rabie tyrannorum persecutorum. Io. v. Hec est victoria que vincit mundum fides nostra. Item valet contra venenum diaboli Ephe. vi. In omnibus sumentes scutum fidei. in quo possitis omnia tela igne a

nequissimi extinguere. ¶ **S**ecundo quia alleum habet virtutem dolorē yliorū mitigandi scilicet si cum oleo coctum et ritum super locū doloris ponatur. Et hoc competit spei quia ipsa spes celestis premij mitigat dolores presentis exilij. p̄cipue si assit peccatorum cōtritiō et celestis gratie vñctio. ¶ **T**ercio quia habet virtutem diuidendi et humores grossos incidendi et consumendi. et hoc competit caritati que nos a mūdo diuidit. Vnde qui diligit mundum nō est caritas patris in eo vt dicitur. *Johā. ij. Cui poeta consonat dicens Nō bñ e cor dāt. nec in vna sede morantur Van⁹ amor mūdi. ver⁹ amor⁹ dei* Vnde caritas humores grossos .i. affectus terrenos a mente separat et consumit. ¶ **Q**uarto habet virtutem vulnera sordida purgandi et hoc competit iustitie quia purgat maleficia. et scelera in alterum commissa. quibus interdū vulnerāt corpora. vñ salte⁹ vulnerantur damnabiliter suscipiētium corda. ¶ **Q**uinto habet virtutē dolorem et tumorem a loco tollendi si coctum cū aqua fortana apponatur. Et hoc competit prudētie que tollit dolorem dum consolatur in aduersis. et sedat tumorem superbie hūilians in prosperis. ¶ **S**exto habet virtutem morsum canis rabidi curandi si cum sale ruta. et nucibus sit admixtum. et positum super vulnus. Et hoc competit fortitudini. que defendit a morsu canis rabidi .i. a terrore aduersitatis vel persecutionis mundi. si tamē ipsa fortitudo sit cum sale discretiois. cui⁹ ruta acute contemplatiois. quia ruta dicitur reddere visum acutum. et cum nucē .i. custodia humilitatis.

Nam nux dulcedinē nucleī sub arida testa celat et custodit. Et sic quoq; homo humilis sub asperitate penitentie vel carnis celat vñ custodit dulcedinem mentis. ¶ **S**eptimo quia alleum habet vim ydro-pisim euacuandi. quia hu morem subcutaneum desiccatur. Habet etiā vim vermes ventris occidendi si cū pipere et succo mente et aceto ad falsē modum offeratur. Et hoc duo competit temperantie que ydro-pisim curat. id est luxuriam in qua flux⁹ carnal humoris exuberāt. quem ipsa temperantia per virtutem continentie et abstinentie euacuat. ¶ **I**tem temperantia vermes ventris id est appetitus et purritus gula inordinatos qui etiam ventrem replent et mordent necat. si tamen abstinentia cum pipere calido diuini amoris et cum succo mente id est deuotione mentis. et cum aceto compunctionis fuerit sociata. Quia abstinentia et compunctio dilectio et deuotio optimam salutem faciunt anime per quaz omnis inordinatus motus carnis constri-gitur et abscedit. ¶ **I**tem virtutum theologiarum perfectio representatur in faba. Nam faba habet hastam que crescit angulosa. et representat fidem que creuit per quatuor angulos .i. p doctrinaz quatuor euangelistarum. vel per angulos .i. per quatuor partes mundi. De quibus dicitur *Gene. xxviii. Dilaberis ad orientem. et occidentem. et septemtrionem. et meridiem.* ¶ **I**tem faba habet flores odoriferū multum ab apibus frequentatur. Et hic flos significat spes quia cū flos apparet spes est de futuro fructu. per spem enim iam incipim⁹ fructu vite gaudia odorare ac sapere.

hanc frequentant apes. i. actiui sol-
liciti et argumentosi. qz in spe fru-
ctus vite eterne semināt semina
elemosinarum et operum misericor-
die. Item faba producit in hasta
thecas. que scilz interius diuersis
sunt distincte domuncul' in quib9
fabe per ordinē sunt locate. Iste
thecae sunt caritatis gradus. diuer-
sas domūculas. i. diuersos modos
habentes. in quibus sunt fabaruz
grana. i. caritatis opera quoda9 or-
dine distincta. Nam debet esse car-
tas ordinata et gradata. et iteri9
iastib9 et exte9 i effectibus **Cap.**
11. Ordinauit in me caritatē

Capitulū lxxxij.

Quiososi homines differūt
a viciosis. sicut plante si-
ue arbores masculine a fe-
mininis. Dicit autem Arist. qz diu-
sitas plātarū distinguitur per ma-
sculinas et femininas. et inueniūt
inter vtrasqz quadrep lex differē-
tia. Prima sumitur ex complexio-
ne. quia masculina planta spissior
est. durior. siccior. densior. et ramosi-
or qz feina. Similiter inter homiēs
quoda sunt masculini. i. viriles cō-
tra vicia. et constantes contra ad-
uersa. quidam autem sunt femini-
ni. i. molles et incōstantes. Vnde
masculini. i. virtuosī sūt magis spis-
si per gratie plenitudinem. sūt mā-
gis duri per patientie fortitudinē.
magis siccī p abstinētie ariditatē.
magis densi per virtutum multitu-
dinem. et sunt magis ramosi per
honorum operum sollicitudinē.
¶ Secunda differentia sumitur ex
foliorum distinctione. quia mascu-
lina arbor habz folia aspera. mino-
ra et strictiora propter dominium

siccitatis. Et dicit Aristoti. qz si fo-
lia vel puluis foliorum. vel cortex
masculine plante folijs femine cō-
ponatur vt simul cohereāt. citius
maturabūtur fructus femine. et
prohibent casum folioruz et fructu-
um. donec fuerit completa digesti-
o. Cuius ratio est secundum albu-
masar. quia masculina planta ae-
te deferente auget calorem femi-
nē. et sic fit potēti9 in opatiōe.
Et dicit etiam idem albumasar. qz
si folia masculine plante coniugā-
tur folijs feminine sic inuicem to-
herebunt qz vix possūt separari ab
inuicem. Similiter prelati qui ē
masculinus. id est virilis et prudēs
habet folia. i. verba aspera in cor-
tipiendo. pauca i precipiendo. stri-
cta i seruando. effeminatus autē
id est timidus prelati hēt verba
lenia in corrigēdo. multa in adu-
lando. et larga in relaxando. Sed
quia nimia seueritas aliquādo frā-
git. et nimia lenitas aliquando
dissoluit. expedit coniungere ali-
quando i correctione et compone-
te verba feminina cū masculinis.
id est miscere verba blāda duris.
quē tamen sic debent coniungi vt
ab inuicem non separētur. scilicet
vt neqz verba blanda careant se-
uēitate. neqz seuerā cāeāt lenitate.
¶ Tercia differentia est in pullu-
latione. quia prius pullulat ma-
sculina qz femina propter fortiorē
calorem. Sic homo virtuosus et vi-
rilis bonum facere non tardat qd
expedit. sed timidus et tepidus q
minus habet de calore caritatis ne-
gligit et postponit. ¶ Quarta dif-
ferentia est in fructificatione. quia
fructus masculine plante est breui-
or et etiam maturior qz femine.
Cuius est ratio. quia in masculina

propter habundantiam caloris et siccitatis partes eius fortius constringuntur ad inuicem. et faciunt aeternam spissiozem. Sic ergo ipsa structura et soliditas venarum prohibet humorem multum emitti ad vnum locum ut conuertatur in fructum. propter quod fructum habet breuiorem. ut dicit albumasar. Paucitas autem humoris et habundantia caloris faciunt quod ipse fructus sit magis maturus. Unde etiam dicit Aristoteles quod si vetus deferat odorem masculinum ad ad femininam. maturabitur citius eius fructus. Ergo viri masculini. i. virtuosissimi et prudentes faciunt fructus breuior es. i. opera humiliora vel breuiora. id est non diu dilata. et maturiora. i. discretiora quam timidi et imprudentes qui faciunt opera tarda et indiscreta. Sed odor masculinum. i. consilium et exhortatio hominis magni in se et prudentis multum predestat femine. i. homini remisso et debili. et addit eum magis sollicitum et cordatum ad expediendum illud quod faciendum est.

Capitulum. lxxxij.

Alicia assimilatur alleis. Primo quia alleum visum dampnificat quia oculos offendit. Vnde cominus versus dicit Allea vna. veni puluis. vetus faba fumus. Ista nocent oculis. sed vigilare magis. Hoc autem competit vicio superbie. que visum mentis obscurat. Job. xxxvij. In manibus. i. superbis abscondit lucem. Gregorius. Tumor mentis est obstaculum veritatis. Secundo quod stomachum turbat. et hoc competit inuidie. que de aliena felicitate mentem perturbat. Tercio quod corpori appositum ipsius ulcerat. Et hoc competit gu-

le per cuius superfluitates frequenter ex nimis humoribus corpus ulceratur et apostemat. et multo magis anima. Quarto quod sua caliditate nimis ventrem desiccet. Et hoc competit luxurie que corpus nimis inflammat. et bonam humiditatem educendo desiccet. Quinto quod nimis comestum corpus inflammat. quod competit ire in qua fit ebullitio sanguinis et totius inflammatio hominis. Sexto quia lepram generat. quod competit auaritie que est lepra diuitum sicut dicit de Rana. n. h. v. quod erat diues et leprosus. Hoc etiam ad modum lepre est vniuersalis infectio siue corruptio. quia radix omnium malorum est cupiditas. Septimo quia coleram adustam multiplicat. nimia autem adustio colere melancoliam generat. Unde melancolia dicitur colera nigra. per quam designatur accidia. quia utraq; scilicet melancolia et accidia grauedinem et tristitiam causat. illa in corpore ista in mente.

Capitulum. lxxxij.

Ita pars humana assimilatur flori. Primo ratione generationis. quia flores in zephiro vento generantur. quod significat quod homo in humilitate et mansuetudine oritur. Nam vetus zephiro sicut dicit Boetius est ventus mitis et suavis. sicut bonas contrarius est rigidus et turbulentosus. homo enim mitior et humilior nascitur omnibus animalibus propter quod dicitur quod homo est animal mansuetum natura. In cuius signum omnia animalia preter hominem quasi armata nascuntur. vel horribilibus pilis. vel vugibus et ortis. vel calcibus duris. vel saltu dentibus acutis. quia dicit Auicenna quod omnia animalia que non carerent dentibus nascuntur

dentata preter hominem. ¶ **S**ecundo ratione dissolutionis. quia flores in austro vento dissoluuntur. **A**uster enim calidus. significat in firmitatis feruore que incolumitatem vel prosperitatem humane vite dissoluit **Job. xij.** Quasi flos egreditur et conteritur. Flores enim dum humore modico nutriuntur subito solis incendio desiccantur. et omnis eorum pulchritudo deperditur et conteritur et deletur. Et similiter accidit de corporib9 humanis. ¶ **T**ercio ratione diuulsionis. quia flores in vento borea diuelluntur. **V**entus boreas asper et fortis est mors. per quam humana vita tota liter diuellitur. **I**tem flores dicuntur quasi fluores. quia cito defluunt et ad materiam primariam redeunt. **S**ic hominum vita cito defluit. et per mortem humanum corpus in propriam materiam scilicet terram redit **Ia. i.** flos eius decidit. et de cor vult9 eius deperit.

Capitulum lxxv.

Cristus assimilatur illi herbe que dicitur dracontea. ex eo quod hec herba habet similitudinem serpentis. et tamen non est venosa. imo est serpentibus contraria. **N**am ei9 hasta ad modum colubri maculis est respersta. habes similitudinem vipere vel draconis. **F**lorem habet purpureum diuisum et apertum sicut os serpentis. de cuius medio procedit quasi lingua serpentis nigra et rotunda. **H**ec autem herba odore suo serpentes fugat ut dicit **Diascorides**. **S**ic crist9 habuit similitudinem serpentis in quantum habuit similitudinem carnis peccati. sed tamen in rei veritate non

habuit venenum. id est peccatum. quod serpens antiqu9 id est dyabol9 sua temptatione humane nature immisit. **DeB. ij.** Non enim habemus potestatem que non possit copari infirmitatib9 nostris. temptatum per omnia pro filiis vite absque peccato. **V**n crist9 sue passiois odore ipsos serpentes. id est demones fugauit. et nos ab eorum veneno id est peccato liberauit. **V**nde ipse filius dei figuratus in illo serpente enesque moyses fecit. qui figuraz serpentis habebat. et tamen veneno carebat. **L**ingua autem id est doctrina cristi fuit serpentina. id est prudentissima. **N**am prudentia serpenti ascribitur **Mathe. ij.** Esto prudentes sicut serpentes. **I**tem nigra quod humillima. **V**nde ipse dixit **Mathe. xi.** Discite a me quia mitis sum et humilis corde. vel nigra quia ardentissima. res enim aduste nigredinem habet **Lu. vltimo.** **N**onne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in via. **I**tem rotunda. quia perfectissima. **N**am rotunda figura perfectissima figura a Philosopho iudicatur **Ioha. vi.** **N**unc sic locutus est homo. **I**tem cristus assimilatur flori. ¶ **P**rimo propter generationem. quia a flos generatur ad calorem solis et infusionem rosis. et siue lesione et apertione arboris. **S**ic ad cristi conceptionem calor sancti spirit9 se in fundit. qui ipsam conceptionem fecit **Luce. i.** **S**pūs sct9 superueniet in te et virtus altissimi obrabit tibi. **N**os diuine gratie superueniet per quam virgo deo placuit **Luce primo** **A**ue gratia plena dominus tecum **N**ullam apertionem id est corruptionem pertulit. sed virgo concepit **Ysaie. septimo** **E**cce virgo concipiet et pariet filium

Et Ysaie vndecimo. Egredietur
virga de radice yesse. Item sicut
dicit Pitagoras flos habet in ce
lo patrem scilicet solem & in terra
matrem scilicet plantam. & ita p
ut ipse Origenes dicit. in celo est
sine matre. et in terra sine patre
et ex hoc similitudine habet cu; verbi
conceptione. que fuit in celo sine
matre scdm natiuitatem eternā
In terra vero sine patre scdm na
tiuitatem temporalem. ¶ Secūdo
cristus assimilatur flori propter de
lectationē. quia iste flos delectat
visu in sua pulchritudine. i. Petri
primo In quē desiderant āgeli. De
lectat olfactu; sui odoris suauita
te. vt quilibet clamare possit. Ta
be me post te et ē. Delectat tactū
sua lenitate Psalmista. Quomāz
tū domine suavis & mīis. Thimo.
tercio. Apparuit benignitas De
lectat auditum et etiam gustum
per spē futuri fructus. quia quādo
flores suaves audim; speram; fru
ctus. Multum enim de bet auditū
nostrum delectare quādo audim;
istum nostrum florem cristum esse
nostrum mediatorem. Nam sicut
flos est medium inter ramum et
fructum. sic ipse est mediator inter
nos & deum. Delectat etiam gustū
in spē fructus. q; per ipsum tāq;
per florem v̄turi sum; ad illos fru
ctus Canticorū secūdo. Fructus il
lius dulcis gutturi meo. ¶ Tercio
propter odorationem. Dabit enim
iste flos odorem deum patrem affi
cientem. Genesis .xxvii. Ecce o
dor filij mei sicut odor agri pleni.
Item odorē demones expellētē
ad motum mirre que fugat serpē
tes Ecclesiastici vicesimo quarto
Ego quasi mirra dedi suauitatem
odoris. Item odorem hominem a

peccati corruptione seruandem ad
modum odoris cedri. ¶ Et nota q;
flos habet odorem quasi inefficē
tem. quia auulsus arefactus & at
tritus odorem suum non perdit.
Similiter dominus noster ihesus
cristus auulsus in morte. arefa
ctus in cruce. attritus in flagella
tione. odorem suauitatis non poi
dit sed adauit. Vnde Ambrosius
dicit in libro tertio de spiritu sanc
to. Flos odorem suum et succisus
reseruat. & contritus accumulāt.
nec auulsus amittit. Ita & domin;
in patibulo crucis. nec contritus
emarcuit. nec auulsus euauit. &
illa lance compunctione succisus
sacros speciosior fusi cruoris colore
vernauit. mori ipse nescius et mor
tuus eterne vite munus exalat. ¶
Quarto propter variationem.
varia namq; florum genera sunt
gratiosa. Et dominus noster ihes;
cristus fuit vt viola per humilita
tem. vt lilium per puritatem. vt
rosa per caritatem. per quam pro
nobis se sanguine rubricauit. vñ
de merito dicitur Ecclesiastici .i.
Quali flos rosarū in diebus v̄nis
P̄s. Tāq; flos agri sic efflorescit
¶ Capitulū .lxxxvi.

Zelus carnalis & matrimo
nalis qui est inter coniu
ges assimilatur cepi mari
no. ¶ Primo ratione nocenti.
quia huiusmodi cepe quando inue
nitur solum est mortiferū et vene
nosum. Tunc enim talis zelus ē
solus quando est sine dei timore vñ
sine prudentie discretionē. quibus
omnis virtus et passio debet esse
sociata. Vñ zel; q; ē sine eis gene
rat suspitōēs & t̄bulatiōēs mortife
ras & venosās. & ad litterā secū
quādoq; veneficiā & mortes Iohā.

in. Si zelum amarum habetis & c.

Secundo ratione medicamenti. quia reprimatur eius malitia si in vino et oleo aliquatulum dimittatur ut sic in medicinis apponatur. quia si amor conjugalis sit cum vino caritatis. et cum oleo lenitatis. non nocet sed prodest multum. Et de tali amore loquitur Apostolus ad Eplhe. v. dicens Viri diligite uxores vestras sicut et Christus ecclesiam.

Tercio ratione temperamentum. quia in tali copia debet interiora ac exteriora abici. quia interiora propter caliditatem nimiam. exteriora vero propter siccitatem multum sunt mortifera. sed media sunt temperata et multum medicine accommodata. Sic a zelo matrimonij debet remoueri illud quod est viciosum interiorum. scilicet amor inordinatus et carnalis. Item illud quod est viciosum exteriorum. ut indiscreta custodia. quam unus coniugum alteri ponit. Sed amor siue zelus temperatus a medium tenens laudabilis est et bonus. Et hic zelus facit eos concordes in bono. et ideo gratus est deo et hominibus. Vnde Ecclesiastici. xxv. In tribus beneplacitum est spiritui meo que sunt probata coram deo et hominibus. Concordia fraterum. amor proximorum. vir et mulier sibi bene consentientes.

Explicit liber tertius de similitudinibus rerum.

Incipit tabula capitulorum libri quarti.

De abiectione et de spectis mundi. capitulo .i. **C**ij.
De abiectione bonorum operum
De abstinentia in.
De habundantia epali in.

De accidia et auaritia	v.
De actiuis et contemplantiuus	vi.
De adulatoribus	vii.
De amicitia	viii.
De auaritia	ix.
De blasphemis	x.
De bonis viris	xi.
De canticis ecclesie	xii.
De carnalibus hoibus	xiii.
De cogitationibus	xiiii.
De coniugio	xv.
De contemplatiua vita	xvi.
De continentia	xvii.
De conuersione	xviii.
De corde hominis	xix.
De crudelibus	xx.
De curiosis	xxi.
De dyabolo	xxii.
De diligentibus deum	xxiii.
De doctrina sanctorum predicatorum	xxiiii.
De elemosinis	xxv.
De exaltatione hominis	xxvi.
De exemplis christi et sanctorum	xxvii.
De exemplis malorum prelatorum	xxviii.
De feruore mentis	xxix.
De filiis et parentibus	xxx.
De flagellis tribulationum	xxxi.
De fraudulencia	xxxii.
De garrulis et loquacibus	xxxiii.
De gratia	xxxiiii.
De gulosis	xxxv.
De hereticis	xxxvi.
De humilitate	xxxvii.
De inconstantia	xxxviii.
De ingratitude	xxxix.
De inertia	xl.
De innocentium persecutoribus	xli.
De inobedientia	xlii.
De inuidis	xliiii.
De inuicis	xliiiii.
De ira	xlv.
De iudicio secundum apparentiam	xlvi.
De lacrimis	xlvii.
De laude diuina	xlviii.
De ludis hominum	xlix.
	x. vi